Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II.
Wien, 1794 Seite 2207
Quelle:
Copyright:



*ris* confundas. Legitur inter *Bernardi* Opera T. V. edit. *suprac. col.* 649. inscriptum: *Sermo de vita et passione Domini.* Inter *Anselmi Meditationes* edit. *Paris. Gerberon.* p. 217. 1721. f. *Nona* est, sed utrique Editores abjudicant. In *Mss.* etiam titulo *Speculi Evangelici Sermonis*, aut *de Humanitate*, aut *Passionis Domini nostri secundum Anselmum* invenias.

VIII. *fol.* 103. p. 2. *Incipiunt meditationes beati Bernhardi, quomodo quisque cognoscat se ipsum et deum.* Initium: *Multi multa sciunt et seipsos nesciunt* &c. Jam memoratae alias. Verum hic tantum habentur prima V. *Capita.*

IX. *fol.* 108. *Sequitur quidam modus disponendi se ad mortem, quem pertractauit quidam monachus cellica* (cellicola?) *ordinis charthusiens. sano corpore scribens et relinquens post se cedulam tenoris infra scripti.* Scilicet: *Ego frater N. indignus nomine charthusiensis Confiteor tibi clementissime deus* &c. Fortasse *Johannis Hagen* sive *ab Indagine* τȣ πολυγραφȣ, inter cujus Scripta in *Theod. Petreji Bibl. Carth.* p. 182. invenio *Artem praeparandi se ad mortem.* Obiit is anno 1475.

X. *fol.* 109. *Speculum anime.* Incipit: *Anima mea noui, quod curiosa sis* &c. Est *Henrici de Hassia*, alias inscriptum *de Contemplatione*, et indicatum *Cod.* DCXXXVII. quem vide, si lubet.

XI. *fol.* 115. p. 2. *Incipit tractatus de pastoribus Ecclesiarum cum diuersis allegacionibus sanctorum patrum.* Initium est: *Quasi stella matutina nebule. i. peccatorum proprietates huius stelle* &c. Ad calcem: *Explicit stella clericorum*, quo titulo Opusculum utile Seculo jam XV. iterato typis excusum 4. prodiit.

XII. *fol.* 121. p. 2. *Incipit planctus Boneventure de passione domini.* Initium: *Ego sum vitis vera &c. O Ihesu mitis, veni lignum vite* &c. Non reperi in Operibus *Bonaventurae*, sed extat, quanquam prolixior, inter Opera *Bernardi* edit. *Maur.* T. V. *col.* 427. titulo: *Vitis Mystica s. Tractatus de Passione Domini*, non *Bernardi*, ut ajunt Editores, sed *Scriptoris pii, nec indocti, nec inelegantis.*

XIII. *fol.* 133. *Sequitur tractatus de discretione spirituum Magistri Hainrici de Hassia*, qui incipit: *Sicut in physica motus et operationes referri consueuerunt ad formas* &c. Tractatum hunc indicavi ad *Cod.* DCXC. quem confer.

XIV. *fol.* 145. *Sermo Magistri Hainrici de Hassia.* Est is alias dicta *Epistola ad Canonicos Newnburgenses de proprietate*, quae incipit: *Ecce nos reliquimus omnia* &c. et jam in *Codd.* CCXLI. et aliis occurrit.

XV. *fol.* 156. p. 2. absque inscriptione *Tractatus paraeneticus*, quo Animae peccatrici infausta sua proponitur conditio. Parte altera, quae *de Planctu*

*anime*